



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLAT I O XIII.

institutionis huius sacramenti. Ex quo clarescit quum uerba
hæc dominus dixerit in coena agni pascalis Iudeor̄, & post
hac primum hoc uenerabile instituit sacramentum, non de-
bent ita præcedentia uerba in præiuditiū sacramenti illo mo-
do uiolentari. Ideoq; & dñe doctor adferte claras scripturas,
doctrinæ uestræ nouæ, quam Basileæ & scripsistis & docui-
stis, aut apud ecclesiam catholicam durate,

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti probiq; Christiani indifferentes opus est, & pati-
entes aures habere, qui habet aures audiendi audiat, princi-
pio operæ pretiū duco genuinum ac uerum intellectū dicto-
rum ex sacris literis proponere. Doctrinæ uero & scriptis
Anglorū regis, breuitatis caufa, & ob dñor̄ meor̄ gratis
osorum decretum, me nihil implicabo, neq; opus esset toties
ecclesiæ nomen auribus meis inculcare. Cupio inq; cum ea
audire uocem ueri pastoris & sponsi Christi. Omnia allega-
ta doctoris Eckij dicta, adhuc non probat desinere panis ma-
teriam, sed neq; suam conclusionem firmant, quæ ita sonat.
Verum Cbristi corpus & sanguis eius præsentia sunt in sacra-
mento altaris, quam illum sic intelligere reor eque in pane ac
in cœlo esse, & si inuisibiliter ita ne est.

D. ECKIVS.

A Domino meo doctore de conclusionis meæ intellectu
interrogatus, ualde mihi peregrinū adparet nostrā con-
clusionem iam in quartū diem disputari, & iam primū queri,
qualiter ego eā intelligā. At breuiter, si Christi corpus quod
in cœlo est, opiner in sacramento esse. Dico quum nisi unicū
Christus corpus habeat, unum est corpus ex uirgine natum,
mortuum, in cœlo sedens, & in sacramento existens.

D. OECOLAMPADIVS.

Primo inductum est dictum Iohan. vi. cap. eius tenoris:
Panis quem ego dabo caro mea est, quem datus sum pro
mundi uita, hoc dictum talem in se habet intellectum, ipsum
met